



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

45 Delatorum verbis haud facile fidem adhibere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

debeant, cum ciuium sanguine & carnificina
 Iectentur: non spargant, sed metant: nihil largi-
 tur, sed depopulentur omnia: non curēt, sed
 nerent: non seruent, sed perdant ciues. Venit
 denique ponderarent, quod Syr. cap. 11. ait: *Ma-*
Tyranni sederunt in Throno, & post modicum
pus, qui non reputabatur, portauit diadema
multi potentes repente oppressi sunt, & gloria
rum tradita est alijs. Et illud Psal. 36. Viti
super exaltatum sicut Cedros Libani: transiit
ecce non erat: quae suis eum, & non est inuentus
eius.

SIGNVM XLV.

DELATORIBVS ET ST COPHAR
 tis non temere adhibere fidem.

Delatori-
bis non te-
mere cre-
dere.

OMnia prius experiri sapientem decet, quae
 inimicitias amico denuntiet, vel animi
 vindictam irritet, ob vanam plerumque iuriam
 cuius accusationem, ne ob nimiam credulitatem
 in maximam incidat crudelitatem. Nam i. *Meh-*
Rex Persarum aduersus alterum ex filijs Abas-
nomine arma sumpsit, persuasus a suo Vasa-
masso, qui alterius filij socer erat, eum Imper-
benas affectare, titulumque Regis Persarum
vsurpare. Qua re excandescens pater, versus
oppidum cum ingenti militum manu contendit
lium oppugnaturus, qui caessam inaudiens ex-
bati parentis animi, aduocatione impetrata,
dem parati palam fecit innocentem se, & per-
dem eiusmodi accusationes sibi a Salmasso
catas, quod ille sibi aliquando rerum arbit-

umeret, quo factum est, vt grauissima in eum exempla & cruciatus tali calūnia digni ederentur.

2. *Edoardus 11. Rex Anglia* falsis delatorum criminationibus inflammatus 22. nobilissimos Angliæ Barones ad supplicium rapuit, coniugem quoque suam vnā cum filio Anglia pepulit. Tandem Regina amicorū fide & opera postliminio reuersa cum filio, non solum delatores omnes (nobiles ex familia Spenfiorum) atrocissimis punxit supplicijs; verum etiam Regem maritum, ceu inutilem regno, varijs grauissimisq; de causis, ex populi & Senatus auctoritate, custodia cōtinuit. Quo facto filius optimus pessimi parentis, qui cum matre relegatus erat, scepro donatus est, & Edoardus dictus, eius nominis III. *

3. Vt *Ludovicus X. (Gallia Rex)* suspicionibus tantum indulset, vt nulli prorsus homini fideret, & omnes insidari sibi putaret, & eius pater cum decumberet ægrotus, persuasum habebat paratū sibi esse venenum, ideoq; ab omni cibo abstinuit: ita *Carolus VI.* delirabat ac mente captus erat, cum ijs, quæ deferiebantur, prius quā oportet crederet. *Cominaus*, ex cuius etiam sententia prudenter facturi sunt Magistratus, cum aliquid ad ipsos occultē defertur, si delatorem sistant, & fidem sibi fieri iubeant eius quod sit delatum. Hac enim ratione multo vivent tranquillius, quando nullus sit eò progressurus amentix, vt quod probare non possit, de eo sit alicui facturus calumniam.

4. Prudentes Magistratus eiusmodi Sycophantas capitali, aut certē extraordinaria afficiunt poena, si crimen illatum minus probent. Quis enim innocens esse poterit, si accusasse suffecerit
imma-

immatura credulitas mater est erroris, non
 consilij. Seneca 2. de *ira* c. 22. ait: Ne sine
 criminantibus faciles, hoc humanæ nature
 etiam suspectum notumq; nobis sit, quod quæ
 uiti audimus libenter credimus, & antequam
 dicemus irascimur. Hinc exstat Constitutio
 norij & Theodos. Imp. (l. *fin. C. de Calum.*
de accus. l. fin.) eiusmodi: *Quisquis crimen in
 dit, non impunitam fore nouerit licentiam me
 di, cum calumniantes ad vindictam poscat
 tudo supplicij.* Antiqua lege Remnia Calum
 tori littera C inurebatur in fronte, qua indica
 tur eum calumnia vsum esse. *Capitol. in Man
 Cic. pro Roscio.*

5. *Mauritium Saxoniz Ducem* scribunt
 quam solitum fuisse calumniatorum delat
 accipere, nisi ipsi sponderent affuturos se con
 quando accusatos esset alloquuturus. *Axiom. Pol.* Nec possunt sycophantæ refutari
 lius, quam si iubeantur ea coram dicere in
 presentibus, quæ de absentibus deferunt. *M.*
 boni viri talibus delationibus prægrauatur
 non audiuntur excusationes ipsorum, & a
 delatoribus assentiuntur multi, re non expl
 ta. Dicti sunt eiusmodi delatores quadrup
 res: quia Nero ipsis quartam partem de pre
 ptorum bonis assignabat De subauscultatorib
 & oracustis, seu intelligentiarijs, qui omni
 rebus, & agendis, & dicendis, aures admo
 & vitæ ac fortunæ ciuium malitiosè infidant
 vide *Arist. 5. Pol. c. ii.*

6. *Mecenas* apud *Dionem lib. 51.* ait ad
 stum: Quoniam auscultatores & exploratores
 habere te oportet, quorum opera omnes Imp

si tui res cognoscas, memento nō omnia statim, quæ ab his referuntur, credenda, sed diligentem considerationem adhibendam esse. Per multi enim eorum vel odio aliorum, bona eorum affectantes, vel in gratiam quorundam, vel irati ob postulatam & non acceptam pecuniam, falso crimine seditionis tentatæ, aut cōtra Imperatorem alienius facti vel dicti improbi eos onerāt. Ideoque non temerè fides eis est adhibenda, sed omnia accuratè examinanda. Quod si enim tardius fidem adhibueris, nullo tuo magno id fiet damno; festinando autem fieri potest, ut peccatum aliquod irreparabile admittas.

7. Cùm *Maryaretha*, Henrici VI. Anglorū Regis vxor, æmulorum falsis delationibus præpoperè credidisset, ac Humfredum Glocestriensem Ducem, virum optimum regni administratione submotum, & in vincula deiectum indicta causa stragulari permisisset, haud multo post ab Eduardo IV. maritus eius captus, filius eius trucidatus, ipsa in exilium eiecta, innocenti sanguini pœnas dedit. *Polyd. lib. 24.*

SIGNVM XLVI.

DETRACTORES, SEV OBTRÉ-
ctores reprobare, non admit-
tere, &c.

*Detractores
non admit-
tere.*

1. *Alexander Macedo*, cū familiaris quidā aduersarium suum traduceret, altera manu aurem obstruxisse fertur, ut illam puram absenti relinqueret. *Melissa par. 1. ser. 53.*

2. *Rex David* ait Psalm. 100. *Detrahentem se-*
cretū